

In contractibus ex causa onerosa, vel lucrativa super re mete' individua; ut servitute, quid non habeat locum jus accrescendi, vel non decrescendi propri loquendo, licet impræpri vocari possit jus non decrescendi, cum utriusque servitus in solidum acquiratur, ut colligitur ex nostro Gomezio, & ejus scholiale Suarez à Ribera litera B, magis receptum videatur, ut constat ex Osualdo ad Donellum libro 7. cap. 12. in notatis litera L. Mantica de successione num. 9. 10. numero 1: 8. & alii quos refer. & sequitur Cardoso in dicto tractatu de jure accrescendi, illatione 31. num. 2. quamvis Mantica de Tacitis, & ambiguis conventionib. 22. titulo 34. num. 5. cum Jalone in leg. si mibi & Tizio, ff. de verborum obligatione, num. 2. & cum Baldio, Romano, Aretino, Alexandro, Socyno, & alii, & Gutiérrez in dicta l. unica, Cod. quando non potentum partes, &c. num. 15. & alii plures relati ab ipso Cardoso num. 1. indistincte teneant quid jus accrescendi, vel saltem jus non decrescendi detur in individuis; eum vide, & reliquos pro explicatione text. in l. proprium, ff. comm. preditorum, in quo se fundat praesens controversia, & Amayam in dicta leg. unica, Cod. si liberalis, imperialis, f. eius, num. 15. ubi ait quid in re debita duabus in solidum, altero deficiente nihil accrescit alteri, neque de novo quidquam haberet per jus non decrescendi, cuius, & ceterorum doctrina, propri loquendo, intelligenda est; regulariter enim nec jus accrescendi, nec jus non decrescendi in specie propposita locum potest habere.

7. Ad numerum 5. ibi: In quo articulo resolutio-  
vè, &c.  
An & quomodo in emphyteusi locum habeat  
jus accrescendi, querit noster Gomezius in pra-  
sentia? & ejus resolutio infertur ex supræ dictis:  
circa eam tamen videndi sunt Clarus in s. emphy-  
teusi, questione 39. Suarez in Thesauro recep-  
tione, E. num. 6; Mantica de Tacitis con-  
ventionibus, tomo 1. lib. 12. titul. 34. num. 15.  
& sequentibus. Tuschus litera I. conclusio 576.  
ex num. 12. & conclusio 573 & lit. E. conclusio 176.  
latissime, & Alvarado de conjectur. lib. 2. cap. 3.  
§. 1. num. 33. Gratianus de scriptoribus cap. 707.  
Cancerium 3. part. cap. 22. num. 59. Fachinæus  
lib. 6. controversiar. cap. 63. Ovidius ad Donell.  
lib. 7. cap. 17. lit. 1. Duarenus lib. 1. de jure accres-  
cendi, cap. 11. & alii plures relati à Cardolo,  
dicta illatione 32. verse. & etiam in feudis Regis & emphyteusi, &c. ubi bene materiam com-  
prehendit. Et novissimè D. Franciscus Amaya in  
dicta l. unica, Cod. si liberalis. Imperial. focius,  
&c. ex num. 14. cum multis sequentibus; optimè,  
apud quos hanc questionem bene discussam re-  
peries, dummodo advertas quod diximus *supræ*  
in additione ad numerum 3. nempe quid in  
contractibus stricti juris (qualis est emphyteusi,  
ut latè probat Caldas Pereira in tractatu de jure  
emphyteico, questione 5.) non habet locum jus  
accrescendi, & sic non videat tenenda resolutio  
nostræ Gomezii in presenti, generaliter loquendo.

8. Ad num. 6. ibi: Et resolutio dicò, &c.

Et ibi: Si vero non fuit tradita posse, &c.

Inter melioratos per contractum inter vivos, (duo quo nostro Gomezio loquitur) quid ha-  
beat locum jus accrescendi, sub distinctione hic  
tradita confirmari videtur ex supra dictis, & in-  
fra dicendis; de quo videndi sunt Morquechus  
de divisione bonorum, lib. 3. cap. 10. ex num. 4. &  
cap. 4. n. 16. & Gratianum in regula 357. n. 3.

An

Autem dispositio text. in l. 2. §. si ex fun-  
do, ff. de hereditibus instituendis, de quo hic  
sit correcta per l. 1. titul. 4. lib. 5. recop. &c. cam  
elle correctam, & reliqua bona pertinere ad ve-  
nientes ab intestato, juxta dispositionem dicta  
legis 1. docent Matienzo ibidem glossa 10. ex  
num. 46. & alii, & cum sis Pichardus, in §.  
hereditas, Instit. de hereditibus instituendis,  
num. 56. & Cevallos quæst. 14. quæst. per totam.  
Ceterum probabilis, & verius est, dictam l. 1.  
§. si ex fundo, non esse correctam per dictam l. 1.  
ut docuit Molina de primogenitib. l. 1. cap. 17.  
num. 23. Tullus Fernandez in l. 3. Taur. 3. part.  
num. 2. & scipium corrigit Cevallos quæstio-  
ne 753. num. 50. Azavedus in dicta l. 1. num. 163.  
& melius Pichardus se etiam corrigit in repeti-  
tione titul. ff. de vulgari substitutione, cap. 4. ex  
num. 87. & in relatione ad titulum, ff. de acqui-  
renda hereditate, cap. 30. num. 29. & seqq. ubi  
num. 30. addit, quid si testator precepit, ut  
haeres nominatus eam tem habeat, & nom am-  
plius: eum vide. Tenet etiam Joannes Gratianus  
eleganter in regul. 281. num. 8. Castillo in lib. 3.  
controversiar. cap. 17. & D. Larrea decisi. 40. num. 10.  
& 68. & Salgado in labyrintho, 1. part. cap. 2.  
§. unio, num. 17.

Et addit quid in superiori casu institutus in  
re certa transmetit jus accrescendi ad suos he-  
redes, secundum explicationem Pichardi in di-  
cta §. hereditas, Instit. de hereditibus instituendis,  
num. 27.

Ibi & in tantum ista sententia &c. addit que  
diximus *supræ*. cap. 2. numero 16. verifico stem-  
que rejiciendo, nec enim per illam leg. 1. titul. 4.  
lib. 3. sublatus est jus accrescendi, ut cum  
alii docet Gutiérrez in lege unica Cod. quando  
non potentum partes, numero 4. & dicimus in-  
fra capite num. 49.

Item addit quod dispositio Text. in dicto §. si  
ex fundo, servanda est in foro conscientie, ut  
contra Matienzom dicta glossa 10. l. 1. titul. 4. do-  
cet ex multis Pichardus, in dicto cap. 4. in repe-  
titione titul. ff. de vulgari, num. 101. & Alvarado  
de conjecturâ mente desuntib., lib. 1. capite 4.  
num. 5. Cardoso, de jure accrescendi, illatione  
25. num. 59. post Gutiérrez lib. 2. quæst. 180.  
ex num. 10.

Item addit quod cum institutus in re certa  
habetur loco legatari dato coherede universali,  
si institutus in re aliena habebit astima-  
tionem cum distinctione scientie vel ignoran-  
tia, Rota apud Farinacum, 1. parte, decisione  
265. num. 9.

Item addit, an institutus in re certa intelligatur  
nomine heredis, Mantica lib. 3. de conjecturâ  
ultimarum voluntatum, tit. 14. num. 12. Antonius  
Gabriel tit. de verborum significat. concil. 4.  
Barbola de nominibus appellativis, appellatio-  
nem. 13. ex num. 17.

Item addit, quod si quis institutus in re cer-  
ta, dato coherede universali sub conditione,  
institutus in re certa non potest occupare catena  
bona pendente conditione, probat Surdus in  
tractatu de alimentis, titul. 2. quæst. 15. num. 9.  
& ibi, quid si coheres universalis fuit datum ex  
die, vel ad tempus: cum vide, & Mantic. lib. 4.  
titul. 5. articul. 2. num. 9. de conjecturâ ultimarum  
voluntatum.

Item addit quod idem est, institutum in re  
certa non habere coherendum universalem, vel  
datum repudiasse, vel alio modo excludi, Sur-  
dus dicto tractatu de alimentis, titul. 9. quæst. 25.

Ant. Gomez Variarum Resol. Tom. I.

num. 33. & in decis. 151. num. 9. noster Go-  
mezius in l. 45. Taur. num. 136. Villalobos com-  
munum opinionum, verb. Heres non adiens, vi-  
de infra in additione ad num. 15.

Item addit quod institutus in re certa admittit  
ad emphyteum non hereditarium, non  
autem ad hereditarium, si habeat coherendum  
universale, Caldas de jure emphyteum quæst. 45.  
num. 9.

Ad numerum 10. ibi: Secunda principalis  
sententia & opinio, &c.

Quæsto hæc an jus accrescendi possit per  
testatorem prohiberi, satis agitata est per Doc-  
tores; & in ea duas communes inter se contra-  
arias opiniones adducunt Cevallos, questione 707.  
plures Doctores pro utraque referens, & latè  
eam disputans Burgos de Paz, in l. 3. Tauri,  
num. 83. Fachinæus, lib. 4. controversialum,  
cap. 15. Covarravias, in cap. Raynunus, §. 1.  
numero 9. Gutiérrez, in l. unica. Cod. quando  
non potentum partes, num. 18. & num. 25. Ma-  
tienzo, l. 1. titul. 4. glossa 10. num. 48. Mantica,  
de conjecturâ lib. 4. titul. 12. num. 30. Gratianus  
regula 357. Duarenus lib. 1. de jure accrescendi.  
c. 14. Antonius Faber. de cade 49. errore 1. Gre-  
gor. in l. 14. titul. 3. part. 6. glossa todos los bienes.  
Pichardus, in relatione ad titulum ff. de acqui-  
renda hereditate, cap. 29. num. 59. & seqq. ubi  
optimè revolvit & satisfaci contrariis, Cardoso  
in tractatu de jure accrescendi, illatione 25. ex  
num. 50. ubi latissime questionem pertrahit,  
plures referens, Tuschus, lit. I. conclusio 572.  
Clarus, §. testamentum, questione 74. magis au-  
tem obtinuit prohiberi non posse in hereditati-  
bus, quamvis aliud si in legislati, ut videri po-  
test per Gutiérrez *supræ* num. 24. & 25. ubi du-  
pliciter limitat: & quod attinet ad legata, non  
solum expressa prohibiti sed tacita sufficit, ut  
docet idem Pichardus *ibidem* num. 38. & vide  
etiam Cancerium 3. part. cap. 22. ex num-  
ro 150. latè.

Autem in fideicommissario possit fieri dicta  
prohibiti, affirman Mantica, de conjecturâ  
ultimarum voluntatum, lib. 10. titul. 3. numero 2.  
Menochius, confitio 1069. num. 18. & 23. & cos.  
& alios referens Fusarius, in tractatu de fideicom-  
missis, questione 493. num. 4. vide etiam *supræ*,  
num. 161.

Ad numerum 11. ibi, Sed pro vera resolu-  
tione, &c.

Tefatus & intestatus an quis possit pro parte  
decedere, disputant latè omnes adduci n. 10.  
antecedentes, & maximè Gutiérrez in dicta leg.  
unica, Cod. quando non potentum partes, ex  
numero 4. *sive* ad 11. Pichardus, in §. heredi-  
tas, Instit. de hereditibus instituendis, ex num. 21.  
quæst. 15. vide ibi. Et in repetitione titul. ff. de  
acquirenda hereditate, cap. 19. ex num. 8. &  
num. 39. & seq. ubi de Text. in l. jus nostrum, ff.  
de regulis juris. Castillo, lib. 3. controversiar. cap. 17.  
ex n. 140. D. Larrea, decisi. 40. num. 10. & 68.  
ubi quid jure Regio. Nec oblivious eorum  
qua diximus in capite secundo *supræ*, in addi-  
tione ad numerum 16. & *supræ* hoc cap. num. 10.  
verifico.

Addit quod favor militis, vel piæ cause,  
permisum est ut quis pro parte tefatus, & pro  
parte intestatus decedat, ut ex alii docet Gut-  
tiérrez, in dicta l. unica, Cod. quando non pe-  
tentum partes, num. 6. 7. & 11. & etiam ex post  
facto, id est post aditam hereditatem in solidum  
ex testamento, ut explicat Pichardus in dicta  
repetitione.

D 2. repetitione

relectione titul. ff. de acquirenda hereditate, cap. 29, num. 11, 20. & sequentibus, ubi loquuntur in casu quo editio fuisse hereditas ex testamento, quod postea per querelam inofficiosa ruptum, vide eum ibi, Et in dicto §. hereditas, Inflitus, de hereditibus instituendis, & Gutierrez in dicta leg. unica, Cod. quando non potestim partes, num. 11.

23 Ad num. 12. Nunc vero limita superiorum collisionem, &c.

De materia hujus numeri, & de instituto in re certa per verba obliqua, diximus iam supra c. 2, in additione ad num. 16. verba, quod singulariter intellige, &c. vide ibi.

24 Ad num. 13, ibi: Secundo limita & intellige, &c.

Coheredem universalem, vel in quota institutum impedit quod heres in re certa confequatur cetera bona per jus accrescendi, ut hic resolvitur, notum est in iure; quia tunc talis heres in re certa habetur loco legatarij, ut probatur in l. 14. tit. 3. part. 6. ubi Gregorius: quod latè prosequuntur & explicant Doctores à me congessi suprà, cap. 2. in additione ad num. 16. in principio, ubi Cancerium infra.

Ibi: Addit tamen quod si isto casu, &c.

Quod si coherētes universi vel in quota institutum repudierit, vel decedat, sine transmisiōne, hereditas accrescat instituto in re certa, ut hic docetur, receperunt dicit Covartuvias, in cap. Raynatus de testamento, §. 1. num. 9. & ita etiam tenent Villalobos, in exario communitario, lit. H. num. 11. Corrasius, in l. testamentario, num. 17. Cod. de impuberum & alijs. Castillo in l. 24. Taur. num. 20. & alijs ab his relati, Valafus in praxi partitionum, cap. 17. num. 14. & 18. Cardolo de jure accrescendi, illatione 25. num. 38. Maitenzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. recep. glossa 10. num. 54. ubi explicat in quibus habeatur loco legatarij instituto in re certa. De quo latissime per ampliations & declaraciones Cardinali Tulchus lib. 1. conclus. 232. & Mantica de conjecturis ultimarum volunt. lib. 5. tit. 5. art. 7. & Cancerius variarum 3. part. cap. 22. ex num. 216.

25 Ad num. 14. ibi: Item addit quod si plures sint instituti, &c.

Quod duo vel plus instituti in quota inaequaliter, alio non dato coheredem universali, cetera bona eis accrescant secundum portiones sibi assignatae, fecit si sint instituti in re certa aequaliter, quia tunc omnia bona aequaliter accrescent, ut probat ex Jure nostro Gomezius, & constat ex lib. 17. tit. 3. partia 6. docent Duarenus de jure accrescendi, lib. 7. cap. 3. Mantica de conjecturis ultimarum volunt. lib. 4. tit. 12. num. 1. Crallus in §. jure accrescendi, quest. 30. Petrus Gregorius in syntagma, lib. 46. cap. 2. num. 2. Gutierrez in dicta l. unica, Cod. quando non potestim partes, num. 52. Cardolo de jure accrescendi, illatione 25. num. 11. Pichardus in §. videamus, Inflitus, de hereditibus instituendis, num. 11. Mafcardus de probationibus, lit. A. conclusione 44. num. 13.

Addit etiam quod in legatis portio accrescit pro portione legata, ut explicant supra relati, maximè Cardolo, in dicta tractatu de jure accrescendi, illatione 15. num. 1.

Adverte quod huic numero jugenda est materia de qua infra in additione ad num. 31.

26 Ad num. 15. ibi: Item addit quod talis heres, &c.

Quod heres institutus in re certa cui datu est cohertes universalis, possit accipere illam rem propriā autoritate, ut hic resolvitur, docent Castillo, in l. 24. Tauri, num. 20. Suarez in l. 8. tit. de la herencia, lib. 3. fort. & notabilis, num. 2. Costa, in cap. si pater 6. part. verb. In re certa, numer. 12. Joannes Gratianus regula 28. num. 10. Cancerius, variarum 2. part. cap. 10. num. 94.

An autem dictus heres in re certa dato universali coherede gaudeat beneficio finali, C. de editio divi Adriani tollendo, videndi sunt Benedictus in cap. Raynatus, de testamento, verb. In eodem testamento, et primo, num. 259. & Menochius multos referens & adipiscenda, semedio 2. ex num. 116. ubi doctrinam nostru Gomezii defendit, veram & receptam appellans, nempe quod heres in re certa gaudent dicto beneficio, non statu coheredem universali, vel eo repudiante, prout etiam docet Azevedus in lib. 3. tit. 12. lib. 4. num. 66. & 67. cum aliis.

Et circa omnia commoda que habet heres 17 institutus in re certa, addit videtur, quos supra retulimus cap. 2. in additione ad num. 16.

Ad num. 16. ibi: Utterius instito & quare, &c. & ibi: Ad quod Respondet, &c.

Heres institutus in re aliena non consequitur cetera bona per jus accrescendi: ut hic docet nostru Gomezius. Limitari tamen posse videtur ex iis que diximus supra cap. 2. num. 24. in filio instituto in re aliena, hic enim habetur pro instituto, ne rumpatur paternum testamentum, per allegata ibid. ex Rota apud Farinacum decisione 337. 1. part. vide Monachium, lib. 4. presumpt. 20. ex num. 5.

Ibi: Addit tamen, &c. quod institutus in re certa aliena habeat estimationem absque distinctione scientie vel ignorantie testatoris, ut in legatis est decisio Rota apud Farinacum 1. part. decision 15. num. 9. & 10. quando conjuncta persona est instituta, licet praedicta distinctio facienda sit si extranea omnino persona instituta.

Ad num. 17. ibi, Secunda conclusio principali, &c.

Non in re accrescendi, sed virtute institutio- nis, & additionis consequtu cetera bona ha- redem universalem, qui adit, vel acceptat unam rem vel partem, ut probat in presenti nostro Gomezius, notum est in iure, ut videtur est per Cevallos, quest. 807. num. 3. ubi idem procedere ait in legatis; nempe quod per agnitionem partis rei legatae, videatur facta agnito totius ex Test. in l. si cui rei, ff. de legatis 1. Pichardus etiam eleganter in repetitione tit. ff. de ac- quirienda hereditate, cap. 28. ex num. 20. & cap. 29. ex num. 36. Mafcardus, de probationibus, lit. A. conclusione 45. num. 6. & quasi per totam. Menochius, lib. 4. presumption 101. num. 43. & per totam. Tulchus, lit. A. conclus. 190. num. 105. & quasi per totam. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 12. num. 19.

Ibi: Secundo extende, &c.

Adde que diximus supra cap. 2. in additione ad num. 12. verifico, Unum tamen est, &c.

Adde, ante contrario, heres qui repudiatur partem hereditatis, de alia nihil dicens, videatur totam repudiare de quo duas communes contrarias opiniones refert Cevallos, tom. 2. quest. 711. cum vide.

Ad

Ad num. 18. ibi, In quo articulo resolutivè dico, &c.

Existe conditio apposita in parte institutionis, in qua etiam datus fuit substitutus quod illa pars conditionalis acquiratur & accrescat sine nova additione heredi, qui adit ex parte pura, vel heredi ejus, docet hic nostru Gomezii, de quo videtur est latissime idem agens Cardolo in tractatu de jure accrescendi, illatione 25. ex num. 30. cum vide, & Olwaldus ac Docent Fularius de substitutione pupillaris, quest. 15. latè Cardolo in tractatu de jure accrescendi, illatione 17. ex num. 4. Cajacum lib. 18. observationem cap. 8. Alexander Trentacing de substitutionibus 2. part. cap. 18. Caldas in l. si curato- rem. §. minoribus ex num. 8. apud quos & apud Enslarum supra quest. 150. latè disputatur ante contra possit substitutus adiungitur hereditatem, & repudiare paternam, sed qui rem melius explicat quatuor causas distinguens, & Tex. in hac materia loquentes interpretatur, est doctissimum Pichardus in relectione tit. ff. de acquirienda hereditate, cap. 28. ex num. 75. cum videas.

Ibi: Quinto extende, &c.

Addit paternā hereditate, quod non possit idem heres substitutus filio pupillariter repudiare impuberis hereditatem pro regula constituitur, ex allegatis per nostrum Gomezium, & ita docent Fularius de substitutione pupillaris, quest. 15. latè Cardolo in tractatu de jure accrescendi, illatione 17. ex num. 4. Cajacum lib. 18. obseruationem cap. 8. Alexander Trentacing de substitutionibus 2. part. cap. 18. Caldas in l. si curato- rem. §. minoribus ex num. 8. apud quos & apud Enslarum supra quest. 150. latè disputatur ante contra possit substitutus adiungitur hereditatem, & repudiare paternam, sed qui rem melius explicat quatuor causas distinguens, & Tex. in hac materia loquentes interpretatur, est doctissimum Pichardus in relectione tit. ff. de acquirienda hereditate, cap. 28. ex num. 75. cum videas.

Ibi: Sexto extende, &c.

Non posse filium solam legitimam acceptare & reliqua bona repudiare, ut hic resolvitur, probant plures Doctores relati a Cevallos, quest. 712. sub num. 3. & Menchaca de successione creatione, §. 20. num. 212. & alii relati, & securi a Pichardo dicto cap. 28. num. 57. ubi num. 60. ampliar etiam si in ea parte præter legitimam habeat substitutum, adhuc enim eam non poterit repudiare, tenuit legitimam, contra alios quos ibi adducit.

Ad num. 21. ibi: Ex predictis collige, &c.

In his que dependet ab animo, quod animus, & voluntas adhibita, & explicata in una re extenditur ad totum, ultra adducta à nostro Gomezio, exornatur à Tusco litera A. conclusione 190. quasi per totam, & conclusione 336. Mafcardus litera A. conclusione 99. num. 4. & conclusione 45. Menochius lib. 4. presumption 201. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, l. 12. tit. 12. & alii supra relati.

Ad num. 22. ibi, Tertia conclusio principialis, &c.

Uni ex pluribus hereditibus aduenti accrescit, portio deficiens in alio repudiante, vel alio modo, ut hic explicatur, & dictum fuit supra, certum est: quia portio deficiens hereditatis pro rata ex pralegato, que succelut videtur fieri titulo hereditatis, ideoque hereditatem dividi, cui difficultat optimè satisfaci ipse Pichardus ubi supra, ex num. 62. nque ad 66. omnino videndum, & plures relati a Cevallos dicta quest. 711. num. 6. apud quos ratio præcipua est, quia in causa dicta legis, duas reperitum principales dispositions; alia, quæ quis heres institutus, alia quæ ei pralegatum relinquitur, & ideo possunt dividi.

Ad num. 20. ibi, Quarto extende ut ista con- clusio habeat locum, &c.

Resolutio num. 19. precedentis traditam obtinet etiam si in parte quam vult heres repudiatur, habeat substitutum, probant jura à nostro Gomezio adducta, & ita docet Gutierrez, in l. unica, Cod. quando non potestim partes, num. 10. licet ei displiceat ratio per Gomezium adducta, Iacob etiam in dicta L. unica, num. 11. Menoch. lib. 4. presumption. 87. n. 10. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 10. tit. 3. num. 22. Intrigliolus de substitutionibus quest. 25. num. 18. Pichardus in relectione tit. ff. de acquiren-

do, illatione 4. ubi de portione deficiente per mortem naturalem, vel civilem; & latissime per totum discorsam de omnibus modis quibus portiones deficiens agens Pichardus, etiam in dicta repetitione tituli, ff. de acquirienda hereditate, cap. 29. num. 1. Tulchus lit. 1. conclusione 56. per totam.

Ad num. 23. ibi, Etiam in fidicommissariis & universitibus, &c.

Inter heredes fidicommissarios quibus primus heres fuit gravatus restituere habere locum ius accrescendi, ut sic docetur, probant Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 10. tit. 3. num. 1. Menoch. cons. 66 i. num. 3. & alii plures relati & securi a Pifar in tractatu de fidicommissis, quest. 495:

Dd

sione 495:

stione 495. num. 12. ubi per totam questionem latè explicat, & varios casus dilinguit, & Cardoso in tractatu de jure accrescendi, illatione 26. per totam, qui jus accrescendi admittunt inter fideicommissarios conjunctos re & verbis, vel re tantum, vel verbis tantum, ex doctrina plurium quos referit ipse Fularius, num. 14. contra-alios qui in verbis tantum conjunctis hoc non admittunt; vide eum, & Cardoso dicta illatione 26. ubi materiam latè perrat, qui, & suprà citati advertunt, quod jus accrescendi, vel non decrescendi non datur inter heredem, & fideicommissarium, quia diverso iure succidunt. Cancerius variarum 3. part. cap. 22. num. 39. ubi alios refert, & num. 37. Pichardus tamem cum aliis, in relectione ad tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 29. ex num. 49. hoc jus accrescendi negat, ut etiam facit Cujacius, lib. 12. observation. cap. 12. quem videoas quia recte probat non competere fideicommissarii jus accrescendi. Petrus Gregor. lib. 46. cap. 11. num. 14. & in restrictione fideicommissi veniat, & comprehendatur quod heres habuit virtute juris accrescendi? vide qua diximus supra, cap. 5. & dicimus in addit. ad num. 44. & ex his, sententia contra unum ex fideicommissariis re conjunctis, nocet alteri, Salgado de protestatione, parte 4. cap. 8. num. 559.

35. Ad num. 24. ibi: Et magistraliter, & resolutio dico, &c.

Alios conjunctos re & verbis, alios re tantum, alios verbis tantum, alios denique omnino disjunctos, ut hic explicita noster Gomezius docent ponentes exempla. Donellus lib. 7. commentatorum, cap. 13. & ibi Osualdus in ejus notis, & lib. 8. cap. 20. & 1. Goveanus de jure accrescendi, num. 5. Spino in speculo, glossa 9. primipal., ex num. 8. Tuschus lib. C. conclusione 737. per totam. Duarenus de jure accrescendi, lib. 1. cap. 4. & 6. Crassus s. jus accrescendi, quod & Petrus Gregorius in syntagma, lib. 16. cap. 11. ex num. 3. dubio 19. 20. & 21. Fularius de fideicommissis, questione 174. Anavil 1. I. C. de delatoribus, o. latè Henriquez in summa, lib. 11. cap. 20. num. 5. vide etiam Cancer. 3. part. cap. 22. ex num. 126.

Ibi: Coniuncti re tantum, &c.

De conjunctione Reali, vide Manticam de conjecturis, lib. 10. tit. 3. num. 4. & seq. Spino in speculo, glossa 9. num. 9. Pichardus in dicto §. sequentiis res, Institut. de legatis, num. 19. & in dicto cap. 29. num. 80. Cardolo in præludio, dicto num. 10. & reliquo supra relatos, & Cancerium 3. part. cap. 22. ex num. 28. & 31. & 64.

Ibi: Nec obstat res, in l. scut., &c.

Si eadem res uni legata, alteri potesta relinquitur, quod videatur ademptum legatum, vide latissimum Manticam de conjecturis ultimarum voluntatis lib. 11. tit. 4. Menochium 1. 4. præsumt. 173. ubi octo casus distinguit, Covarrubia de tributa de testamentis, 2. part. num. 1. Fachineum lib. 5. controversial. cap. 52. & latè, & eleganter Pichardum in dict. §. si eadem res, instit. de legatis, ex num. 40. ubi contra communem cum

textum in l. scut., ff. de admendis legis, explicat, & verum intellectum assignat.

Ad num. 25. ibi: Coniuncti verois tantum sunt 26 illa, &c.

Quod conjuncti verbis dicantur quibus relinquuntur hereditas aequis portionibus eadem oratione, ut explicat noster Gomezius, docent Cardinalis Tuschus lib. C. conclusione 737. ex num. 1. Duarenus de jure accrescendi, lib. 1. cap. 4. Spino in speculo, dicta glossa 9. ex num. 8. Pichardus in dicto §. si eadem res, Institut. de legatis, num. 20. & in repetitione isti lib. ff. de acquirenda hereditate, cap. 29. num. 8. & Cardoso in tractatu de jure accrescendi, in præludio, num. 10. & illatione 25. num. 1. & ceteri omnes numero antecedentes relativi, maximè Cancerius dicto cap. 22. num. 18. seq. & num. 31.

Ad num. 26. ibi: Quia respondeo quid copula, 27 &c. &c.

Quod effectus copula, & sit dividere æquilaterum hereditatem, ut resolvitur hic, docent Cardenus singulari 50. num. 20. Parisius consilio 95. num. 6. lib. 1. & consilio 63. num. 14. Menochium consilio 56. num. 95. & alii plures relati à Barbofa in tractatu de divisionibus, distinctione 110. num. 9. Tuschus lib. D. conclusione 274. num. 74. Cancerius 3. part. cap. 21. num. 16. & seq.

Ad num. 27. ibi: Secundo principaliter exten- 28 &c. &c.

Et ibi: Unde dico quid sit tertia, & vera.

Portionem deficientem accrescere cohæredi etiam invito ex ratione comprobata hic à nostro Gomezio defendant Duarenus lib. 1. de jure accrescendi, cap. 2. eum, & alios referens Osualdus ad Donellum lib. 7. cap. 12. tit. 2. Joannes Gratianus regul. 3. 57. num. 3. & 5. Antonius Faber de erroribus, decade 49. cap. 1. num. 5. Pichardus in §. si eadem res, Institut. de legatis, ex num. 28. & in repetitione isti lib. ff. de acquirenda hereditate, cap. 29. num. 16. ubi maxime laudat rationem à nro Gomezio consideraram in versiculo, unde dico quid sit tertia ratio, & ejus doctrinam defendit ab impugnationibus, vide etiam Cancerius variarum 3. part. cap. 22. num. 19.

Et adde quod, & si regulariter portio deficiens invito accrescat, hoc est intelligendum in portione non acquisita deficiente; secus si deficit postquam acquisita est, ut si concedatur restituatio minori, vel alteri, quia tunc invito non accrescit; ut ex Gattierrez in l. unica, Cod. quando non petentiam partes, num. 29. & Cratlo §. jus accrescendi, quest. 29. num. 2. & Petrus Gregorius in syntagma, lib. 46. cap. 11. num. 10. resolvit Cardolo in tractatu de jure accrescendi, illatione 25. num. 14. & ibi num. 15. quid in portione sui heredis abstinentis, de quo Pichard. in dict. c. 29. num. 67. Bellonus de jure accrescendi, cap. 7. quæf. 59. ex num. 13. D. Larrea decis. 6. num. 37. vide Cancerium 3. part. cap. 2. num. 62. ubi declarat, & num. 90. & seq. & num. 167. & seq.

Ibi: Unum tamen est, &c.

Quod cohæres, qui jam agnoverint suam portionem, possit eam repudiare ne sibi invito altera accrescat, hic resolvitur, ut vides, de quo & de interpretatione l. cum hereditate ff. de acquir. hered. vide poteris Cratlo §. jus accresc. q. 15. Donel l. 7. commentator. cap. 12. & latissimum Pichardum in relectione tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 29. ex num. 65. Cancerium 3. part. cap. 22. ex num. 19.

Et adde quod aliqui sunt casus in quibus jus accrescendi invitatis hereditibus non datur, ut 1. 6. & 2. 1. 6. & 2. 1. 6.

## De Jure Accrescendi. Cap. X.

215

